



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

4. Auaritiæ seipsam punientis speculum in ijs, qui Arionem in fluctus
eiecerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

Cap. IX. *Aquis in portum uti Deum, ipsorum hominum exemplo.*

venit, auresque omnium, mentesque in utriusque terra urbibus, demulisse. In quæstibus istis & voluptatibus amoribusque hominum fuit. Is tum postea grandi pecunia, & re bonâ multâ copiosus, Corinthum instituit redire. Nautam igitur & nautas, ut notiores amiciorisque Corinthiis sibi delegit. Sed eo Corinthios, homine accepto, nautique in altum prosectâ, præda, pecuniâque cupidus cepisse consilium de necando Arione. Tum illum ibi pernicie intellectâ, pecuniam cateraque sua, ut haberent, dedisse. vitam modo sibi ut parcerent, orauisse. Nautas precum eius harum commiseritum esse illatenus, ut ei necem inferre per vim suis manibus temperarent: sed imperauisse, ut iam statim coram desliret præceps in mare. Homo, inquit, ibi territus, spe omni vita perditâ, id unum postea orauit, ut prius, quam mortem appeteret, induere permitterent sua sibi indumenta, & fides capere, & canere carmen casus illius sui consolabile. Feros & immanes nauitas, prolubium tum audiendi subit. Quod orauerat, impetrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, stansque in summa puppis foro, carmen, quod orthium dicitur, voce sublatissima cantauit. Ad postrema cantus, cum fidibus ornatus, omni, sicut stabat canebatque, eiecit sese procul in profundum. Nautæ haudquaquam dubitantes quin perisset, cursum quem facere ceperant, tenuerunt. Sed nonnum, & mirum, & pium facinus contigit. Delphinum repente, inter undas, ad nauis, & dorso super fluctus edito vectauisse; incolumique cum corpore & ornatu, Tanarum, in terram Laconicam, denexisse. Tum Arionem prorsus ex eo loco Corinthum petiuisse: talémque Periandro regi, qualis Delphino vectus fuerat, sese obtulisse: eique rem, sicuti acciderat, narrauisse. Regem isthac parùm credidisse, Arionem, quasi falleret, custodiri iussisse. Nautas requisitos a legato Arione, dissimulanter interrogasse, eequid audissent in ijs locis, unde venissent, super Arionem? Eos dixisse, hominem, cum inde irent, in terrâ Italiâ fuisse, eumque illic bene agitare, & studiis delectationibusque urbium florere, atque in gratiâ pecuniâque magnâ fortunatum esse. Tum, inter hæc eorum verba, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum ei acclauerat, extitisse. Nautas stupefactos conuictosque: ire inficias non quisse. Eam fabulam dicere Lesbios & Corinthios: atque esse fabule argumentum, quod simulacra duo abenea, ad Tanarum, viserentur, Delphinus vehens & homo insidens.

Protrahatur hic in medium auaritia latentium indagatrix laborum, manifesta præda auarissima vorago, nec habendi fructu felix, & cupidi-

IV.
Val. Max. lib.
9. cap. 4.

Cic. in orat. pro Quintio. cupiditate quarendi miserrima. Nimirum, nullam est officium tam san-
ctum, ut recte Tullius dixit, atq; solenne, quod non auaritia commi-
nuere, atque violare soleat. Et: Nemo tam firmum habuit presidium,
quod auaritia non infregerit atq; debilitauerit. Itaque, quia, ut Sallu-
stius ait, auaritia fidem, probitatem, ceterasque bonas artes subuertit;
multi seruorum, domi; comitum, in via; nauarum, in mari, perfidi
sunt. Denique, Seneca teste, in nullum auarus bonus est, in se pesti-
mus. Hinc Corinthij isti Arioni necem machinati sunt, sibi impe-
trauerunt; illum in pelagus, se in nefariae machinationis suppli-
cium conijcentes. Plus enim sibi ipsis nocent, qui in alios sunt in-
justi: quia magis hos conscientia cruciat, quam illos damnum. In-
dex expectatur, ait S. Basilius, & auarus cogitat, ne in jus trahatur;
ne orphanus suas lachrymas in foro palam faciat. Nolite consiliat, quo-
modo mane quosdam aduocatos sibi prepararet; quomodo, in iudicio, men-
tiendo destitutum opprimat. Eius animam haec cura continuo mordacis
absument. Canis latrat, auarus putat furem esse. Mus forte perstre-
pit, & auari cor saltit, quemlibet vel puerum suspectum habens: Filii
iam grandes, ut insidiatores aspicit, quod eorum iam etas successionem
expetere videatur. Exemplum est in Arione non tam auaro, quam
opulento; qui pauper securus fuisset, diuitijs insidias allexit. Et
auari nauae felicius appulissent, si innocentibus nauigassent. Nunc
eua sit e fluctibus Arion, & mersi sunt, qui mergere uoluerunt.

V.

Pausan. in Phocic.
Herodot. l. 4.
Ioseph. lib. 15.
Antiq. cap. 3.

Publicè notum est de alijs, simili casu, dissimili euentu praeci-
pitatis. Ierat piscatum Palamedes, sed domum non rediuit; quippe
ab Vlysse atque Diomede in aquis demersus. Quin & à proprio
parente Etearcho, rege Cretensium, suasu nouercae, Phronime pu-
ella in undas proiecta est. Refert Iosephus, Aristobulum Iudaeorū
Pontificem, Herodis regis dolo, in piscina, natantem, per ludi jo-
eique simulationem, submersum esse. Usque adeo tyrannis ludus
atque iocus est, occidere. Rem ipsam accipe. Herodes rex, cum A-
ristobulum Pontificem, quia de genere erat regio, & populo gra-
tus, e medio tollere cuperet, post prandium, comiter pertracto in
opportunistum locum adolescente; ostendebat se paratum in eius
gratiam iuueniliter colludere. Cūmq; loci eius natura esset astuo-
sior, citò defessi, relicto ludo, magnis piscinis, quae ibi circa aulam
erant, imminentes, frigus captabant, meridiano tempore. Ac pri-
mum